Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

patiens. Ecce dies ecce dies
venit. Egressa est aurora. floruit virga.
germinavit superbia. iniquitas sur-
rexit in virgam impietatis. non ex
eis. et non exploratores. neque ex eorum. et
non erit requies in eis. Venerunt
tempora appropinquavit dies. qui emit
non letetur. et qui vendit non lu-
geat. quia ira super omnem plebem
eius. quia is qui vendit ad id quod
vendidit non revertetur adhuc et
in viventibus vita eorum. Visio enim
ad omnem multitudinem eius non
revertetur. et vir iniquitate vite
sue non confortabit. et homo in culpis
vite sue non obtinebit. Canite tu-
ba parantur omnes. et non est qui
vadat ad prelium. Ira enim mea
venit super universam plebem eius.
Gladius foris pestis et fames in
ciuitate. Qui in agro est gladio
morietur. et qui in ciuitate pestilen-
cia et fame devorabuntur. et saluabun-
tur qui fugerint ex eis et erunt in mon-
tibus sicut columbe vallium. Omnes
trepidi unusquisque in iniquitate su-
a. Omnes manus dissolvent. et
omnia genua fluent aquis. et ac-
cingent se cilicijs. et operiet eos for-
midor. et in omni facie confusio. et in
omnibus capitibus eorum calvitium. Ar-
gentum eorum foras proiicient. et aurum
eorum in stercoreum erit. Argentum eorum
et aurum eorum non valebit ultra liber-
are eos in die furoris domini. A-
nimam suam non satiabunt. et ven-
tres eorum non implebuntur. quia scan-
dalum iniquitatis eorum factum est. et or-
namenta monilium suorum superbia
posuerunt. et imagines abominationum
suarum et simulacrorum fecerunt
ex eo. Propter hoc dabo eis illud in
mundicciam. et dabo illud in manus
alienorum ad diripiendum. et in pre-
dam impiis terre. et contaminabunt illud.
Et auertam faciem meam ab eis. et
violabunt archanum meum. et intro-
ibunt in illud emissarij. et contami-
nabunt illud. fac reuisionem quo-
nam plena est iudicio sanguinis. et
ciuitas plena iniquitate. Et adduc-
am pessimos de gentibus. et posside-
bunt domos eorum. et quiescere faciam
superbiam potentium. et possidebunt
sanctuaria eorum. Angustia superueniente
requirent pacem. et non erit. Con-
turbatio super conturbationem veniet.
et auditus super auditum. Et querent
visionem de prophetia. et non erit. et lex
peribit a sacerdote. et consilium a senori-
bus. Rex lugebit. et princeps indu-
etur moerore. et manus populi terre
conturbabuntur. Secundum viam eorum fa-
ciam eis. et secundum iustitiam eorum iudica-
bo eos. et scient quia ego dominus.

Capt. VIII.

Et factum est
in anno vi. in sexto mense.
in quinta mensis. ego se-
debam in domo mea. et senes iuda
sedebant coram me. Et cecidit super
me ibi manus domini dei. et vi-
di. ecce similitudo ignis. a aspectus lu-
mbis eius deorsum ignis. et a lumbis eius sur-
sum. ut aspectus splendoris. et visio
electri. et emissa similitudo manus
apprehendit me. et eleuauit capitis
mei. et eleuauit spiritus me inter terram
et celum. et adduxit me in visione dei. iuxta ostium muri
qui respiciebat ad aquilonem. ubi erat
statuum zelotypie ad provocanda
emulationem. Et ecce ibi gloria dei
israel. secundum visionem quam videram